

- (3) *Corruptio hominum est universalis atque imperve-
stigabilis*: Jer. XVII, 9.
(4) *Mendacium tractatur præc. VIII.*

USUS E VERSU XII.

- (1) *Animi verè grati est, disquirere de modo servi-
endi placendique Deo. Sollicitudo hæc laudabilissima, con-
fer Ps. CXLIII, 10. Mich. VI, 6.*
(2) *Beneficia Dei super nos sunt innumera: vid.
tres symb. apost. artic.*
(3) *Omnia conferuntur gratis; nil rependi potest
ullo modo*: Rom. XI, 6. 35.

USUS E VERSU XIII.

- (1) *Pii cuncta sua accipiunt ex manu Dei sui, tan-
quam poculum à patre familiás dispensatum domesticis
pro lubitu.*
(2) *Salutare est, quicquid ex manu descendit tanti
Patris. Adeoque etiam Calix tribulationis calix salutis
multiplicis salutatur merito*: Rom. VIII, 28. v. 3.
(3) *Nomen Dei & invocandum, & celebrandum:
vide v. 4.*

USUS E VERSU XIV.

- (1) *De Votis, eorumque exsolutione debitâ in LL. &
præc. II. Huc votum baptismale; item emendationis in
Confessione ante Eucharistiam pollicitatio.*
(2) *Nunquam pudere nos debet pietatis aut nominis
Christi: coram totô populô laus tribhenda Dominô*:
Luc. IX, 26.

B

PSALMI CXVII. DISPOSITIO.

Laudate gentes Dominum. Æterna veritas.

IN hac ad Laudes Dei exhortatione spe-
ctandus (1) actus: *laudate, commendate:*
(2) objectum; *Jehova:* (3) subjectum lau-

dans: *omnes gentes nationesque*: v. 1. (4) ra-
tio: (a) *gratia ejus supernos invaluit*: (b) *ve-
ritas ejus æterna*: v. 2.

PSALMUS CXVII.

EXPLICATIO VERSUS I.

לְהָלֹל *laudate*: i. e. verbis congruis palam exponite, quanta sit DEI nostri majestas, clementia, veritas, &c. ita ut fateamini, prout quidem par est, ipsum solum esse verum Deum, cetera vero gentium numina cuncta fictitia, ac proinde vituperio potius, quam laude digna, vide Psalm. CXIII, 1. Brevisimum huncce inter cunctos ceteros Psalmos, Messiae temporibus competere, notavit Kimchi: proindeque duobus constare versibus, eo quod omnes populi in duos solummodo cœtus (**עֲבָרִים**) sint coituri, quorum unus Israelis, Legi inharentis, alter gentium, septem præceptis (Noachicis) dantum operam, qui tamen omnes Laudabunt Deum. Quorsum etiam citat Zeph. III, 9. vertet Dominus ad populos labium electum &c. Nos, si omnino in dualitate versuum mystici quid querendum, recurrere possemus ad illud Ephes. II, 14. Christum, qui est pax nostra, ex duobus fecisse unum; &c.

כָּל גּוֹיִς *omnes gentes*: compellantur etiam ii, qui haec tenus veri Jehovah notitia nondum fuerant imbuti; siquidem ex intentione DEI, imò ex debitò etiam propriò, incumbebat fin-

gulis negotium hoc sanctum, utut tempore de-
mum Novi Testamenti satisfactum fuerit præ-
senti commonefactioni, cum gentes Messiae fie-
rent hereditas, Psalm. II, 8. XXII, 28. LXXII, II. Jes.
XI, 10. XLII, 6. XLIX, 6. LII, 15. LX, 3. Hinc va-
ticinio huic satisfactum suò tempore ait Paulus
Rom. XV, II.

שְׁבַחֵהוּ *celebrate eum*: mutatis verbis ea-
dem repetitur sententia, per επιμονήν, in poësi fa-
crâ frequentissimam. vide de hoc verbo **שְׁבַח**
Cob. VIII, 15. & Psalm. LXXXIX, 10.

הָנָמִים *nationes*: universitatem gratiæ di-
vinæ quomodo hinc probare liceat contra Calvinum,
docet B. Wellerus t. 1. Anti Mass. pag. 982. seqq.
Aben Esra nationes has exponit de populo Israë-
licito, sicuti **גּוֹיִם** de gentibus à Davide subjugatis.
Verum utrobius vocabulum est universale,
quod de quibusvis quorumvis locorum incolis
ac nationibus merito acceptamus.

EXPLICATIO VERSUS II.

גָּבָר *invaluit*, vel *valida est*: i. e. gravibus
crebrisque documentis se haec tenus propitium
nobis contestatus est Deus, adeò ut nos nullius
planè aestimii roborisve fuerimus in relatione
ad

USUS E VERSU XV.

- [1] *Mors in genere stipendium peccati*: Rom. VI, 23.
(2) *Mors Sanctorum est transitus ad gaudia celo-
rum*: Luc. II, 29. Phil. I, 23.
(3) *Cum itaque pretiosa hæc sit in oculis Domini,
non metuendum ab eadem; neque tamen temere accer-
fenda illa per audaciam, aliave media, sed committenda
divine voluntati penitus. Imò ad eandem nos merito
componimus maturè.*
(4) *Tyranni, Sanctis mortem inferentes, hancqua-
quam id impune ferent*: Ps. LXXIX, 3.
(5) *Mors coram mundo probrosa, coram Deo gloria.*

USUS E VERSU XVI.

- (1) *De Servorum Dei & dignitate, & debitō, & va-
rietate, dictum Ps. CXIII, 1. &c.*
(2) *Exsoluti malorum vinculis gloriam tribuamus
Deo, tantisque cantus caveamus nobis à nobis.*

USUS E VERSU XVII.

- (1) *Sacrificia laudis pro ratione N. T. offerenda sunt
spiritu*: Ebr. IX, 51. conf. Psal. L, 14. 23. LXIX, 31. &c.
(2) *De invocatione nominis div. dictum modo v. 13.*

USUS E VERSU XVIII.

De votorum exsolutione repetatur v. 14.

USUS E VERSU XIX.

Atriorum Domus Domini, b.e. conventuum sacro-
rum, diligens haberi debet ratio, ne negligantur temere
cum Thoma: Job. XX, 24. vide Ebr. X, 25.

1045
d validam har-
ta circumvalla-
tum Psalm. C
terra, usque
ad vos haut
excavatis no-
de patet, Jud
imperio Roma
in pollicetur
sod tamen so-
recarens, im-
m. Verbum
naturum esse,
sod tamen hic
Hakspan. di-
enim usus et
Cur Luther
v. super
des, qui nunc
DENI & ver-
it durat. Ap
unvera paralla
utroque veri-
sumque h. m. g
que in seculu
monens, (in
mil defuturu
X, 1. XI, 2. 2
dicare gratian
nua. Atque
enus, qui uti
dicit über uns in
m. gratia a

Fretus

St h̄c I.
laudate D
bonus, qu
v. 3. timen
impulsiva spe
mentem exaudi
tentia restitu
pientia rediua
seri fecit; v. 7
constravir, q
inscripibus, sed
vobis mihi sub
concederem n
l. (h) Lapsi
egit: v. 14

Il. Gaudii
sum vox jubil
m. jastorium;